

Conversi estis ad pastorem animarum vestrarum.

Léctio Epístolæ primæ beāti Petri apóstoli

2, 20b-25

Caríssimi:

- ^{20b} Si benefaciéntes et paciéntes sustinétis,
hæc est grátia apud Deum.
- ²¹ In hoc enim vocáti estis, quia
et Christus passus est pro vobis,
vobis relínquens exémplum,
ut sequámini vestígia eius:
- ²² qui peccátum non fecit,
nec invéntus est dolus in ore ipsíus;
- ²³ qui cum maledicerétur, non remaledicébat;
cum paterétur, non comminabátur,
commendábat autem iuste iudicánti;
- ²⁴ qui peccáta nostra ipse pértulit
in córpore suo super lignum,
ut peccátis mórtui iustítiæ viverémus;
cuius livóre sanáti estis.
- ²⁵ Erátis enim sicut oves errántes,
sed convérsi estis nunc
ad pastórem et episcopum animárum vestrarum.

Verbum Dómini.